

1876.

185.

Nobilissimo Bayero  
 S. P. D.  
 Jo. Jacobus Mascov.

Sariditatem literarum mearum, Nobilissime Bayere, Goethii respondere tibi volentis, negociis imputabilis. Praetura enim huc anno fungitur, cuius molestia, una cum afflicta valetudine, totum fere melioribus literis eripiunt. Sed ne nunc quidem responsum misit, ego vero nolui aliena cunctatione officium meum diutius protrahi. Josephum Asmani, acri ingenio, et facillimis moribus iuvenem, biblicis thesauris sua orientali, quam elaborat, incumbere credo. De sacris quoque Graecorum ritibus Commentaturum se aiebat, ut multos Renaudotii erroris effigaret. Expectabant illum ad hunc laborem Itali, qui iam dudum Galliarum ingeniorum gloriam tunc oculis aspiciunt. Si amicitiam eius ambis, nihil paratu facitius. Utar in ea re opera Leonhardi Adami, eruditissimi juvenis, mihiq; amantissimi, Card. Imperiali a Bibliotheca. Praemitam Deos Tuos Viales, de quibus ita te meritorum scio, ut lubentes Romam, atq; in ipsam Orientem deducturi te saluum atq; incolumem essent. Ex nostris mactis parum ad ornandam pietatem subsidii. Vt autem Codices Horatii mecum Cl. Goethii communicavit, inter quos et scholiastes ille cuiq; meministi, insipidus homo, ut ex illis agnosces, quae ex eo, promptitudinem meam etiam in levissimo officio festaturus descripsi. Omnes tamen l. III. od. XV. legunt Iustis operata divis, pro quo R. Bentleyus legi iubet, castis operata sacris. Inscriptio quae Oricolijs usq; atq; apud Gruterum haud dubie a te observata est, mendose ibi describitur. Sed iam Mabillonius eam correxit in diar. Italicis T. I. p. 46. non enim prot. divinitate, sed protectore divini Lateris, legitur. De ode Horatiana 27 l. III. Tuas conjecturas, inevitabilis enim loci opportunitas, scire vehementer cupio. Nam haec hactenus inter praeterea non satisfaciunt. Neq; tamen ipse mihi satisfacio. Vale, cum Ampliff. Goldbachio, bonasq; literas, quibus ornandis nati estis, certatim provehite. Dab. Lipsiae IV Cal. Febr. MDCCXXVII.

Quos te, ut indices, quos libri tui, quos Cl. Crozei causa, comparari iusseris. Expecto enim fasciculum.

fascicula ad te desideraverat Clauspidig. sed cum hoc per tabellariam mittam, Expectabit nundinas. per, enim festinatione opus videtur.